e-codices

pi erat, Perut impietas. ipse u saluat e.

rib; modis finis ponit. p̄mmo ut in ipso. Auferens bella usq; ad fines terre. Ponit p consumptione ł consumatio e
hinc aug̃ dicit. finit panis ut nō sit. finit tela ut sit. hoc in psumatione scł hic finis ponit. finis enim xpc ē. Ubicq;
aut hic titulus ponit. seqns psalm ad xpm ptinere uidet. Dauid quippe manu fortis ł uisu desidabilis interptat xpm signi
ficat. Ipse ē enim manu fortis qui contra diabolum pugnaturus exiit. Unde alibi. Dns fortis et potens. dns potens in plio. Est
etiam uisu desiderabilis. ut apls ait. In quem desidant angli pspicere. Et notandum qđ hic psalm primus ē eorum qui hnt titulos
Qđ aut hic psalmus de passione xpi cantatus sit. ostendit in actib; aplorum ubi legit. qđ cum persecutio in plata esset
contra aplos in nomine ihu. prohibentur loqui dixerunt; Quare fremuerunt gentes et cetera usq; xpm eius. Cum uenissent
in hac ciuitate herodes et pilatus ad u sus sibi facere. que manus tua et consilium tuum decreuerunt fieri. Quare fremuerunt gentes,
Fremuerunt translatio ē ab animali ad animale. a fera ad hominem. Quare fremuerunt gentes. et populi meditati sunt inania
aduersus dnm et xpm eius. Et quare astiterunt reges terre. et principes conuenerunt in unum aduersus xpm eius. Quare fremuerunt gentes
et populi. Gentes et populi. quamuis unum sit tamen facienda ē distinctio. Gentes uocantur hic romani. quorum mysterio
impleta ē xpi passio. Populi uero iudei. qui dei noticia clarebant. Sciendum quod tribus modis fit introgatio.
Aut enim introgamus discere uolentes quod nescimus. aut scientes et experiri uolentes. utrum ipse sciat quem intro
gamus. Nunquam increpando fieri solet introgatio. sic hic cum increpatione. Quare fremuerunt gentes.
et populi meditati sunt inania. quare iudei consilium fecerunt ut xpm morti traderent. et nomen ei de terra uiuentium
traderent. Sed hoc inane fuit. quia eo mortuo. nomen eius et gloria creuit. Astiterunt reges terre et principes conuenerunt in
unum aduersus dnm. id est dnm patrem. et aduersus xpm eius. id est filium. Astiterunt non loco. sed consensu et consilio. Reges plurat
numerus pro singulari metronomice. Reges dicit pro herode. principes pro pilato. Possumus etiam dicere quod bene
sit plurat numerus. Reges. propter duos herodes. patrem scilicet qui innocentes occidit. et filium qui neci dni
consensit. Principes uero. pro caipha et anna et ceteris. Disrumpamus uincula eorum. Mutatio psone. fidei sensus ē.
Secundum ieronimum uox ē xpi hortantis aplos. et reliquos fideles ut se separent a iudeis. Secundum haimonem uero uox
ē iudeorum dicentium. Disrumpamus uincula eorum. id est xpi et apostolorum. et piciamus iugum ipsorum. id est iugum xpi. quod leue
ē. Sicut ipse dicit in euang. Iugum meum suaue ē. et onus meum leue. Sic enim animalia primum rumpunt lora deinde iuga. ita
iudei primum ruperunt uincula deinde piecerunt iuga; Est autem hic diapsalma. quod significat secundum ieronimum. continuati
onem. et ubicumq; ponitur. ea que dicuntur non solum ad psens. sed etiam ad eternitatem ptinent. Secundum uero augustinum. silentium ł
interruptionem sonat. diapsalma ē enim. sic ipse dicit. multarum uocum interrupta coniunctio. sic sinpsalma. multarum uocum
interrupta copulatio. et ubicumq; ponitur. licet mutetur psona tamen idem sensus ē. Vox prophe. Qui habitat in celis irridebit
eos. id est irrisioni et subsannationi dignos ostendet. et dns subsannabit eos. Subsannare ē rugata fronte et contracta
fronte uenari irridere. Ds aut incorporalis ē. nec membra hab. Ergo isti modi locutionis a nobis tracti sunt ad dm. ut per ea
que in nobis cognoscimus. Intellegamus ea que sunt in deo; Tunc loquetur ad eos in ira sua. et cetera. Origenes dicit iram di miam.
Sic inciens pater seuit contra filium. medicus contra egrotum. sic xps hic irascitur quod ut corrigat in die iudicii tamen ut dampnet et
puniat. In cuius psona dr. Silui paciens fui. sicut parturiens loquar. hoc aut specialiter de iudeis. generaliter de omnibus infidelib.
dicitur. Vox xpi. Ego aut constitutus sum rex ab eo subaudis a deo patre. sup syon et cetera. Quasi diceret xpc; Iudei psecuti sunt me
et noluerunt me regem sup se habere. sed ds pater constituit me regem. sup sion. Unde alibi data ē mihi omnis potestas. in celo et in
terra. Sion que specula intptatur. significat ecclesiam que oculis intus xpm speculatur. et uirtutum pennis ad celestia
eleuatur. Predicans preceptum eius. id est pdicationem euangelii dicentis. Hoc ē preceptum meum ut diligatis inuicem. Dns dixit ad me. pater deus.
subaudis in baptismo ł in transfiguratione filius meus es tu. ego hodie genui te; Ds non habet preteritum ł futurum. sed psens hodie
die idem ab eterno. ante omnia tempora genui te. Ds non creatam quis genuit. non factus secundum diuinitatem. Contra arrio. qui dixit si filius
natus ē. erat quando non erat. sed mentitus ē; Sicut enim semp fuit pater. semp fuit et filius. Nam pater non potest dici sine nomine filii. Vox
dei patris. Postula a me. Subaudis quod non habes. Quando filius postulare dicitur. quod cum patre postulata largitur. et dabo tibi gentes ha
bebat quidem gentes pro diuinitate. sed accepit eas pro humanitatem. Quasi diceret gentes que fuerunt tua hereditas pro diuinitatem.
dabo tibi ut sint tua hereditas pro humanitatem. Et possessionem tuam terminos terre. id est omnes nationes gentium. ut iste credant.

Quare fremu[erunt] id beluino mo[re] insanierunt dicen[tes] Non habemus reg[em] nisi cesarem. Et ...

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 312, p. 5 – Remigius of Auxerre, Expositio in psalmos (http://www.e-codices.ch/de/csg/0312/5)